



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Alternativæ Beneficiorvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

PRAXIS ALTERNATIVÆ BENEFICIORVM.

RESOLVT. IV.

- 1 *Alternatiua solum conceditur Episcopis, Archiepiscopis & Patriarchis.*
 2 *Adducitur decisio Rotæ pro resolutione questionis.*

Alternatiua an competat Prælati Inferioribus.

1 **R**egulariter alternatiua solum conceditur Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis propterea, non habet locum in inferioribus. Flores Dec. quæst. 4. num. 3. Gonzalez in regul. cancel. glo. 42. num. 1. & seq. Garzias de benef. part. 5. c. 1. n. 683. & tenuit Rota in vna Beneuentana beneficiorum 14. Dec. 1600. coram Coccino per hæc verba,

2 Quamuis constaret de anteriori possessione pronisorum ab Abbate nihilominus cum ille sit ex inferioribus collatoribus, quibus non conceditur alternatiua, & ideo mensis Aprilis, quo potest vacatio sit reservatus possessioni dictorum pronisorum, oblatet decretum irritans positum in regula referentia octo mensium, quod inficit titulum, & possessionem iuxta decis. 3. de rest. spoliat. in nouis & 2. cod. tit. in antiq. Cassad. decis. 1. eod. tit. Mohed. decis. 15. de causa poss. Rota coram bonæ memoriæ Bubalo in causa Sen. Canonicius 13. Martij 1588. nec refert quod decretum non sit positum in reservatione in corpore iuris clausa, vel alias super certo corpore beneficii, quia eadem militat ratio ubi reservatio est notoria, & iustificata Put. decis. 190. n. 5. lib. 3. Simonetta de reservat. quæst. 40. & fuit resolutum in vna Crotonien. Decanatus, 20. Martij 1587. coram bonæ memoriæ Bubalo, & in alia Regien. Canonicius 17. Novemb. 1595. coram D. Pamphilio vnde fuit conclusum Ioan. Iacob dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat, quæ licet sit instrumentalis, tamen cum possessioni pronisorum ab Abbate resistat decretum irritans, & per consequens illa possessio sit infecta, & nullius momenti, habetur pro vacua, dicta possessio instrumentalis est manutenibilis, Cassad. decis. 20. de prebend. Puteus decis. 360. num. 80. lib. 1. Verallus decis. 334. num. 6. lib. 2. Fas. dub. 41. & fuit pluries alias resolutum, & venit manutenendus in omnibus bonis dictorum beneficiorum, quia per ademptionem possessionis Capellæ acquiritur etiam possessio bonorum Anchor. in reg. beneficium col. vltima ante nu. 12. vers. & ideo ego dico de reg. iuris in 6. Couar. lib. 3. vari. cap. 16. num. 23. quibus accedit quod Ioannes Iacobus fuit immisus in possessionem ab executore suarum literarum, qui iudex ritè, & rectè procedendo, etiam quod possessio dictorum pronisorum esset alicuius considerationis, potuit illos sua possessione priuare Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas nu. 2. vbi Alexan. Soc. Iaf. & alij. ff. de acquirenda possessione Ferret. consil. 18. num. 10. Mohed. decis. 4. num. 4. & 5. de restit. spoliat. & tenuit Rota in causa Pintien. & Adrien. beneficiorum 4. Iunii 1574. & in causa Hipporegien. Cappel. 7. Mar. 1578. coram Cantuccio, & alijs sæpius.

RESOLVT. V.

- 1 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis non habet alternatiuam.*
 2 *Refertur decisio Rotæ, quod capitulum non habet alternatiuam.*

An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis habeat alternatiuam.

1 **P**ropriè loquimur in capitulo habente per se collationem iuxta terminos tex. in cap. vnic. ne se-

de vacant. lib. 6. quo casu responsio est negatiua, vt voluit Gonzalez in regul. cancellar. gl. 42. num. 2. & censuit Rota Rom. in vna Salamantina Alternatiue 22. Octobris 1581. coram Robulterio per hæc sequentia verba.

2 Dubitanti hodie 22. Octobr. 1581. stante concordia inter Episcopum, & Capitulum Salamantinum super collatione dignitatum, Canoniciatum, portionum, & dimidiarum portionum dictæ Ecclesiæ in turno, & alternatiua Episcopis residentibus per S. D. N. concessa, quorum omnium in necessarijs copia datur, an si dignitates, Canoniciatus portiones, & dimidiæ portiones d. Ecclesiæ vacauerint in mensibus alternatis in eis intret, vel non intret reservatio, de qua alternatiua S. D. N. & licet informantes fortasse existimantes, quod forma modernæ alternatiuæ sit eadem cum antiqua, contendant, quod capitulum ex beneficio Episcopi possit vti alternatiua per S. D. N. concessa ex Calder. consil. 22. de prebend. cum alijs allegatis, tamen Domini viso tenore dictæ alternatiuæ resolverunt, quod dictus Episcopus solus potest vti alternatiua non autem capitulum, siue vellet capitulum conferre in eadem vacatione cum D. Episcopo, quod tamen sibi licet cum turni sint vigore concordia distinctis siue vellet separatim conferre in suo turno, quia alternatiua est limitata ad solos Episcopos, Archiepiscopos, & alios superiores, vt inuitentur ad residendum, quod non potest applicari ad capitulum, est etiam limitata ad collationem pertinentem liberè dumtaxat, & non cum alijs, vt expressè excludat capitulum, quando habet communionem cum Episcopo, & in hoc verba alternatiuæ huiusmodi sunt ita prægnantia geminata, & clara, vt non indigeant aliqua declaratione vel supplicatione, vnde cum in puncto agatur de facultate conferendi vigore istius alternatiuæ Domini restrinxerunt difficultatem ad solum D. Episcopum videlicet an Dominus Episcopus Salamantinus possit vti alternatiua in illis dignitatibus, & alijs beneficijs vacantibus in turno suo, & in mense alternato, & resolverunt quamdiu vacauerint dicta beneficia in prædicta Ecclesia & in mensibus alternatis pro Episcopo, & in turno suo poterit D. Episcopus illa liberè conferre, quia beneficia, stante huiusmodi concordia, & turno dicuntur pertinere ad liberam collationem Episcopi, & non vna cum capitulo, & sic in eis non intrat reservatio, seu limitatio, & non cum alijs, de qua in dicta alternatiua, & hoc tam ex dispositione iuris communis, quam ex verbis expressis dictæ concordie siue turni, nam vbi ex concordia partium collatio beneficiorum pertinentium ad duos, vel plures simul est, prout hic, alternis vicibus cuilibet reservata in suo turno, totum ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in illum solum, qui est in turno, & non dicitur diuisus vltus solus, sed totum ius conferendi est penes ipsum solum, etiam iure proprio, & non in iure communi vbi bene Ioan. Andr. in cap. cum in illis §. fin. in fin. de preb. in sexto & ibi sequuntur Gemin. Francus Anchor. 10. Veglel. in compendio Sexti, & in eodem cum in illis Rocchus tract. de iure patronat. verbo ius quæstione 6. nu. 111. Lamber. eodem tract. l. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 36. num. 2. & 8. Bolognet. ad Ananiam. consil. 43. de iure patronat. & sic verum est, quod eo tempore, quo fit collatio, est quoad liberam dispositionem Episcopi, & non cum alio, quod tempus collationis debet attendi, nam qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi l. in delictis. §. in extraneis de noxalibus, accedit quod alternatiua est fauorabilis, & latè interpretanda in fauorem Episcoporum Cald. dicto consil. 22. de prebend. & sic ista communio successiua non instantanea, & contemporanea non attenditur ad istum effectum, idem etiam sequitur attento tenore

tenore dictæ concordia, in qua præsertim in 16. cap. expressè dicitur ad solum Episcopum, & ad liberam illius collationem, & non nomine capituli, sed iure proprio conferat cum alijs clausulis amplissimis, & quod subdit postea sine consensu capituli, & perinde ac si per capitulum esset facta prouisio, & per comparationem, & similitudinem ut tamen valida, & efficax existat talis prouisio, ac si esset ab utroque scilicet Episcopo, & Capitulo, dictiones enim istæ, perinde, ac si, & similes comparationem, & similitudinem significant, ut latè habetur in l. 1. in princip. de recept. arbitris, nec refragatur decis. 4. de compromissis in antiquis, ut in illius lectione apparet; non obstat perplexitas considerata quod Episcopus habeat tot menses, & Capitulo paucos, nam licet concordia det facultatem illam vtendi alternatiua concessa Episcopo, id fuit factum eo tempore, quo missus, quo inspecto alternatiua concessa Episcopo dicitur concessa capitulo Calder. dicto consil. 22. sed cum tenor. modernæ alternatiuæ ut possit eadem alternatiua uti, nec hinc sequitur aliqua inæqualitas, vel perplexitas, cum sit expectandum quouique veniat turnus pro capitulo. Adeo quod Episcopus postquam semel prouiderit non poterit amplius prouidere antequam veniat reuocatio in quatuor mensibus capituli iuxta tenorem concordia, an autem capitulum possit recedere à concordia, quia illud capitulum correspondit de alternatiua fit caducum, est alia res, in qua est videndum de causa concordia, an illa fuerit concessa vel momentanea, & alia forte essent discutienda quæ non pertinent ad nos, hic enim præsupponimus existentiam, & durationem concordia.

RESOLVT. VI.

- 1 Sede vacante capitulum succedit in omnibus quæ sunt iurisdictionis.
- 2 Capitulum sede vacante fungitur vice capituli.
- 3 Capitulum sede vacante non habet alternatiuam quod probatur ex decisione Rotæ quæst. num. 4.

Alternatiuam an habeat Capitulum sede vacante.

- 1 Vbiu faciebat, quia capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis episcopalis gloss. in clement. 1. in verb. capituli de hereticis, & dicit Fel. in cap. cum olim num. 7. & sequent. capitulum succedere in omnibus pertinentibus ad Episcopum, vnde Rota in vna Abul. parochialis 22. Iunii 1594. coram Blanchetto censuit capitulum sede vacante fungi vice Episcopi, & succedere in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in iure expressis: ceterum contrarium censui motus ex decis. Rotæ ut in vna Segobien. Canonatus 24. Nouemb. 1568. coram Illustrissimo Cardinal. Plato in qua dixerunt Domini satis constare de lite valida ad hoc, ut intret gratia si neutri D. Ioannis Turmendi, ex quo causa, fuit commissa in Rota, & eius vigore citatio legitime executi, iuxta notata in clem. 2. ut lite pendente & licet semel signatura auocauerit causam à Rota ad partes, tamen etiam iterum illam commisit in Rota, quod si prætendat pars fieri non potuisse, debet ipsam signaturam adire, & reformari facere commissiorem, tamen si commissio est iusta, cum agatur de beneficio reseruato, siue capiatur reseruatio per obitum in mense Februarii, qui est reseruatus, cum alternatiua non habeat locum sede Episcopali vacante, siue capiatur vacatio propter decretum vacationis per assecurationem, ut per Simonettam de reseruatione, quæst. 26.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

RESOLVT. VII.

- 1 Alternatiua nihil de nouo indulget, sed tantum tollit ob-
stacula.

Regula reuocans indulta, & facultates conferendi non reuocat alternatiuas ordinariorum.

- 1 Respondet quod regula, quæ reuocat omnia indulta, & facultates conferendi, non reuocat alternatiuas ordinariorum, ex quo per illas nihil de nouo indulgetur, sed tantum obstacula tolluntur, quo stante ordinarius iure communi, & ordinario habet facultatem conferendi non vigore indulti, ad cap. cum aliquibus cum ibi notat. de rescript. in 6. & Petr. de Anch. consil. 131. & vide Soc. consil. 260. lib. 2. secundum Dominos in vna Lunen. Sarzanen. quæ alias fuit coram D. Panigarola, & postea iterum posita propter nullitatem sententiæ.

RESOLVT. VIII.

- 1 Extat decisio Rotæ ad probandam hanc resolutionem.

Nuncius habens facultatem conferendi beneficia conferre potest etiam vacantia in mensibus ordinarij non obstante regula de octo mensibus.

- 1 Respondit cum decis. Crescentij 8. de privilegijs cuius tenor est.
Facultas nuncii conferendi beneficia comprehendit etiam vacantia in mensibus ordinarij non obstante regula, quæ de octo mensibus expectantibus disponit, quod in cæteris quatuor ordinarij libere conferre valeant secundum Dominos in vna Compustellana coram D. Io. Clerici, quia cum illis Papa prouidere possit, & cum ordinario concurrere, idem & in Nuncio, qui autoritate Papæ potestatem habet conferendi arg. cap. si Apostolici de prebend. in 6. & argum. illo, quia omnia nostra facimus, quibus nostram auctoritatem impartimur & arg. l. solet cum simil. de iurisdic. om. iud. & quia regula voluit tantum in illis quatuor mensibus tollere impedimentum expectantium, nisi in regula reuocarentur omnes facultates, & indulta conferendi.

RESOLVT. IX.

- 1 Alternatiua reuocatur quando Papa confert beneficium.
- 2 Papa potest conferre in mensibus ordinariorum, quia ipse dicitur ordinarius ordinariorum, ut patet num. 3.
- 4 Nullus dicitur maior ordinarius in collatione beneficiorum ipso Papa.
- 5 Iurisdiclio concessa alicui non intelligitur depta cõcederi.
- 6 In Concessione iurisdictionis semper intelligitur reseruata, & illa auctoritas concedentis.
- 7 Adducitur declaratio Congregationis Sac. Concil.

An alternatiua possit reuocari à Papa conferendo beneficium.

- 1 Respondetur quod ex eo quod Papæ sunt omnia beneficia, totius mundi obedientia Bald. in l. rescripta num. 5. ante finem versic. item omnia beneficia de precibus Imperatoris offerend. Philippus Francus in cap. generali 13. num. 14. de electione in 6. Gomez. in proemio regularum quæst. 5. sub num. 5. vers. illud tamen Simonetta de reseruacione quæst. 2. num. 2. & 3. & Papa voluit, & reuoluit omnia in beneficiis Hieronym. Gabriel consil. 185. num. 2. lib. 1. Consonat etiam dictum Baldi in d. l. rescripta
A 3 num. 7.

num. 7. verſ. 11. C. de precib. Imperatori offerendis, quod ubi eſt Papa ibi eſt communis patria, & Probus in additione ad Io. Monachum in cap. ubi periculum num. 5. de electione in 6. facit etiam in terminis ad hanc ſententiam, nempe quod Papa non abdicauerit a ſe poteſtatem conferendi in menſibus ordinarij, & quod poſſit cum Episcopis concurrere in prouiſionibus in dictis menſibus contingentibus tener Staphileus de literis gratia in præſidio n. 8. Sarnen. in tract. de expectatiuis nu. 12. Puteus decif. 48. num. 8. lib. 3. Selua de beneficijs par. 3. q. 46. a num. 2. & ſequentibus, & q. 65. nu. 1. Simonetta de reſervationibus q. 2. num. 7. & 8. & q. 18. n. 2. Franciſcus Marcus q. 196. nu. 3. & q. 382. nu. 2. & 4. & q. 371. par. 1. & q. 658. num. 2. par. 2. Rebuff. in praxi tit. de deuolutionibus n. 47. Menoch. conſil. 83. num. 12. & 13. vol. 1. Grammat. conſil. 2. ad finem ſuarum deciſionum num. 47. Reb. in concordatis in rubrica de mandatis Apoſtolicis verbo iure præuentionis per totam illam gloſſam, & in praxi tit. de expectatiuis, num. 2. in fi. Flaminus Paris de reſignat. lib. 5. q. 11. n. 7. verſ. Et quod plus eſt Rot. decif. 127. nu. 5. lib. 1. part. 3. diuerſorum, & fuit reſolutum in Rot. in vna Calaguritana dimidij beneficij del Burgo 4. Iulij 1590. coram Comitulo, & in Hiſpalen. portionis 15. Maij 1595. coram Blanchetto tunc Rotæ auditore, & alibi ſæpe. Ab eodem fonte, procedit quod ſcriptum reliquit Gaſpar de Peruſio in tract. de reſervationibus, c. 1. num. 19. quod ordinarij habent curam animarum à Papa, & ſub Papa per text. quem ipſe allegat in cap. 1. 22. diſtinct. Vltimus igitur poteſt Papa prouidere in menſibus ordinarij, quia, ipſe eſt ordinarius ordinariorum c. cuncta per mundū c. per principalem q. 9. 3. Hoſtienſ. in cap. dilecti filij num. 5. de foro competent. & in c. cum Eccleſia 38. num. 4. de appellation. Staphileus de literis gratia in præſidio num. 7. Franciſcus Marcus quæſt. 249. num. 1. par. 2. Gomezius in proemio regularum Cancellaria. quæſt. 2. verſic. conſiderat etiam ſub num. 5. Caputaq. decif. 282. num. 3. par. 1. Mohed. decif. 7. num. 4. de conceſ. præbend. Nullumque eſſe maiorem ordinarium in beneficiorum collatione ipſo Papa, dixit Roman. conſil. 335. nu. 5. Nec non eſt Episcopus totius orbis gl. verb. priuata in c. felicis in ſ. fin. de pœnis lib. 6. Cardinalis Alexandrinus in cap. ſuſpectus, & in c. ſicut num. 3. 2. q. 1.

Ad ſupradictorum confirmationem accedat, quia ſi Papa conceſſit alternatiuam, penes ipſum tamen Papam remanſit eadem poteſtas, & maior text. in c. dubium 14. verſ. nos igitur attendentes, quod & ſi memorato Episcopo prædictam conceſſimus poteſtatem, penes nos tamen nihilominus remanſit maior, Caputaq. decif. 335. num. 8. par. 1. text. etiam in c. per hoc 17. de hæc. in 6. per hoc inquit quod negotium hereticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apoſtolica Sede generaliter in aliqua prouincia, Ciuitate, vel Diœceſi delegatur diœceſanis Episcopis, quin & ipſi authoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent) in eodem procedere valeant nolumus derogari, pro quo facit rex. in l. fi. C. de iuriſdic. omnium iud. ubi licet rectori militum in cauſis illos concernentibus concedatur iuriſdictio, non tamen intelligitur adepta maiori & generali iudici, cumulat plura Felin. in c. paſtoralis n. 2. de officio ordinarij, facit etiam text. in l. 1. C. de officio Preſecti vrbis, ubi dicitur ſpecialis officialis conſtituatur ſuper Annona, non propterea auferitur iuriſdictio, quam alius ſuperior ſuper dicta Annona obtineat. Romanus plura adducens conſil. 393. præſens conſultatio ex n. 2. cum ſequentibus. Sicut etiam per poteſtatem datā ab Episcopo ſuo Vicario non abdicatur eadem poteſtas ab Episcopo, ſed tanta, & maior apud illum remanet. Et ideo conceſſa facultate conferendi ab Episcopo ſuo Vicario, poterit nihilominus idem conferre, &

poteſtatem conferendi certum beneficium Vicario datam adimere Rebuff. in praxi tit. de forma Vicariatus nu. 89. Similiter conceſſa facultate a domino procuratori, eadem, & maior remanet penes ipſum Dominum. Anch. conſil. 28. rationes num. 4. & conſil. 164. de iuribus ante n. 6. verſ. nec ex eo quod populus, & propterea dicit Gemin. in d. c. dudum per text. ibid. nu. 5. quod licet procurator patroni laici præſentauerit vnus per hoc non excluditur patronus à poteſtate accumulandi alium, cum penes eum remaneret poteſtas eadē & maior, Conſultuit etiam Bald. in conſil. 326. incipit Rex Romanorum nu. fin. in fine, per dictum. c. dudum quod ſi Princeps committit iuriſdictionem alicui, videtur eandem ſibi reſeruare, niſi pro bono pacis permittat expreſſe contrarium, facit bonus text. in c. intellecto de iureiurando Auileſius in Capitulis prætor c. 1. gloſ. 1. num. 3. Idem etiam Bald. in l. qui ſe patris ſub num. 14. verſ. item in conceſſis dicit, quod in conceſſione iuriſdictionis ſemper authoritas ſuperioris concedētis præſeruatur illaſa, Cū circa ius authoritatē nequeant exercere, & in eo ſæpe reſideat ſuprema poteſtas inſeparabilis Menoc. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 18. n. 1. & ſequentibus. Adeo quidem vt quāuis Princeps, velit dictam ſupremam poteſtatem à ſe abdicare non poſſit vt in dicto c. intellecto de iureiurando ubi latē Abb. & omnes Fel. in c. dilecti ſub n. 1. de maiortate & obediē. Lupus in c. per veſtras 2. notabili §. 1. num. 40. Couar. in c. quamuis pactum 2. p. q. 2. num. 4. de pactis lib. 6. Menchac. de ſucceſſion. creatione §. 26. num. 39. & 82. Nunquam namq. cenſetur Papa velle ſibi præiudicium aliquod inferre, argumēto c. ſuper eo. 55. de officio delegat. Alexan. conſil. 86. in cauſa num. 3. Grammat. ubi ſup. num. 11. Nec Papa per gratiam alterius factam ligat ſibi manum c. 1. de conceſ. præb. in 6. Copus allegat. 4. nu. 4. Rota decif. 16. nu. 2. de præbend. in antiq. Caſſa. decif. 8. nu. 2. in fin. de præbendis. Supradictis affine eſt, quod iuriſdictio ſemper cenſetur regulariter data, & conceſſa cumulatiuē non autem priuatiuē Aretin. conſil. 102. ſpectabilis Domine nu. 1. Bald. in l. vnica. §. vbi autem num. 6. C. de Caducis tollendis Iaſ. in l. quod in rerum, 24. §. ſi quis poteſt num. 8. ff. de legat. 1. Put. decif. 139. nu. 3. lib. 3. idem Puteus decif. 345. nu. 2. lib. 2. Grammat. decif. 39. num. 1. cum ſeq. Acebetus in l. 1. tit. 13. ex nu. 19. lib. 3. & in l. 10. a. nu. 15. tit. 3. lib. 8. recopilatio, de qua materia vide late Menoch. de præſumpt. præſumpt. 18. per totā, & Decian. lib. 4. de delictis tom. 1. c. 55.

Sic videmus, quod dictum Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 25. de reform. c. 6. concedit Episcopis, vt poſſint viſitare omnia capitula & illorum perſonas non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, & concordijs; iſta viſitatio eſt intelligenda cumulatiuē, non verò priuatiuē ad Abbates, vel Decanos, & alias perſonas, quibus ante Concil. competeſcit viſitatio, nam illorum iuriſdictioni nihil fuit ſublatum Puteus decif. 223. in cauſa Auguſtana num. 4. lib. 3. & ſæpe cenſuit ſacra Congregatio Concilij, cuius cōgregationis declaratio ita ſe habet.

Hæc facultas non eſt priuatiua ad illos, qui ius habent viſitandi & corrigendi, vt ſunt Abbates Decani, & ſimiles: quia iſtis licet viſitare, & corrigere, ſeorſum ab Episcopis (& iterum dicit) An viſitatio de qua in cap. 4. ſeſſ. 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. de reformatione eatenus ex his decretis Episcopus, vt non liceat Decano & capitulo regulares perſonas ipſi capitulo ſubiectas cumulatiuē cum Episcopo, ſeorſum tamen, ab eodem non excludendo ipſum Episcopum toties, quoties ſua authoritate vt voluerit viſitare, corrigere, & emendare iuxta conſuetudinem hæcenus obſeruatam Congregatio Concilij cenſuit, imo totaliter licere Decano, & capitulo viſitare ſubditos ſuos.

Accedit reſolutio Rotæ facta de menſe Ianuarij, 1538.

1538. coram Aragonia, ubi fuit tētum Imperatorem Vincislaum, qui primus omnium Ducatum Mediolanen. crexit, & omnimodam infeudandi iurisdictionē Duci tradidit, maiorem apud se sicut Papa iurisdictionē. & potestatem retinuisse Gomezius de expectatiuis num. 10. vers. per quam rationem.

PRAXIS APOSTASIE CRIMINIS.

RESOLVT. X.

- 1 Apostata irregularitatis, seu Religionis dicitur is, qui ab ordine absque habitu religionis redijt ad seculum.
- 2 Apostasia est retrocessio a statu ordinis sacri ad seculum propria auctoritate.
- 3 Apostata à religione dicitur qui dimisit habitum suae religionis, quā solemniter vovit animo nō amplius redeūdi.
- 4 Apostata est ille, qui reliquit religionem animo, & voluntate non redeūdi ad illam.

Qui dicantur Apostatae.

- 1 Apostata irregularitatis, seu Religionis dicitur is, qui ab ordine absque habitu a sumptu Religionis ad seculum redijt, vt est tex. in cap. 1. & 2. q. 3. c. omnes 27. q. 1. per quā iura sic communiter tradiderunt Canonistae in ca. 1. extra de Apostatis Alber. & Bar. in rubric. C. de Apostat. vers. de iure Goffred. in summa de Apostat. num. 2. versic. Irregularitatis Rosel. in summa in verb. Apostasia, in quo verbo etiā Armilla Repertor. inquit. in verbo Apostasia versic. Item Irregularitatis Mascard. de probat. conclus. 12. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 28. & 29. summa Antonina part. 2. tit. 12. cap. 6. in principio versic. contingit ergo, ubi tamen dicit non iudicari Apostatam, seu fugitiuum eum, qui ad longinqua diu euagetur, nisi postquam sic viuit quod animum redeūdi se deposuisse ostendat Zecch. in summa part. 1. in tit. de fide cap. 24. rubric. de Apostasia num. 2. ubi propterea dixit Apostasiam esse retrocessionem a statu ordinis Sacri ad statum secularem propria auctoritate Nouar. conf. 1. de Apostat. lib. 5. ubi plura notanda ad hanc materiam, & praesertim de ijs, qui vigore breuium poenitentiarum, seu alias a summo Pontifice impetratorum foris steterunt, vel ex licentia suorum superiorum, seu alias quouis modo extra claustra vixerunt Bann. in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. Artic. 1. ubi dixit
- 2 retrocessionem a statu ordinis Sacri ad statum secularem propria auctoritate Nouar. conf. 1. de Apostat. lib. 5. ubi plura notanda ad hanc materiam, & praesertim de ijs, qui vigore breuium poenitentiarum, seu alias a summo Pontifice impetratorum foris steterunt, vel ex licentia suorum superiorum, seu alias quouis modo extra claustra vixerunt Bann. in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. Artic. 1. ubi dixit
- 3 Apostatam à religione dici omnem illum, qui dimittit habitum suae Religionis, quam vovit solemniter animo nunquam ad illam redeūdi Pefan. ibid. disp. 1. ubi dixit eum esse Apostatam à Religione, qui à vero statu Religionis verè recedit transeundo ad alium statum animo nunquam ad ipsum reuertendi manente obligatione prioris, & ibi singula huius definitionis verba bene explicat, & declarat Azor. in sit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 16. quæst. 1. in fin. ubi dixit. Apostatam esse susceptā Religionis desertorem à monasterio recedentem animo, & voluntate liberè extra illud viuendi.

RESOLVT. XI.

- 1 Species Apostasie duplex.
- 2 Haereticus dicitur qui vni, vel alteri fidei articulo contradicit.
- 3 Apostata à Christiana religione qui prorsus fidei Catholicae contradicit.
- 4 Bona Apostata declinatus à Religione Christiana acquiritur fisco quando liberos non habet, & sunt incapaces testamentorum ac omnibus priuilegijs quae Apostatis concedi solent priuantur, hoc autem de iur. civili.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

- 5 Pœna suaforis Apostasie.
- 6 Quomodo intelligenda sint verba l. eum C. de Apostatis.
- 7 Pœna Apostasie de iure canonico.
- 8 Pœna Apostasie non reuerentis ad fidem de iur. Hispano.
- 9 Pœna Apostasie reuerentis ad fidem eod. iur.
- 10 Apostata pœna de iur. Regni.
- 11 In hoc crimine omnino standum est iuris canonici dispositioni.
- 12 Expressè secularibus potestatibus prohibitum est de hoc crimine cognoscere.
- 13 Secunda Apostasie species.
- 14 Nouitij sine nota Apostasie criminis à religione egredi possunt.
- 15 Nouitij à religione egredientes non tenentur ad expensas sibi à monasterio factas.
- 16 Animus laicaliter viuendi ad Apostasiam requiritur.
- 17 Pœna de iure canonico Monacho Apostatae.

Apostasia quatuorplex est, & quomodo puniatur.

- 1 EX communi omnium consensu in cap. final. de Apostatis duplicem esse apostasie speciem omnes firmanunt, prima, veluti si quis Christianus à Christiana Religione discedat, & efficiatur Iudaeus, Sarcenus, vel Paganus, secunda est veluti, si quis Monachus, aut aliquis quilibet regularis suae religionis habitum deferat.
- Quoad primam dicendum est multo grauius peccare eam committentes, quam haereticus glos. in rubr. C. de apostatis Villadiego in tractatu contra haereticam prauitatem quæst. 5. num. 6. Siman. ubi supra,
- 2 haereticus enim dicitur, qui vni, aut alteri fidei articulo contradicit, vt supra latè probauimus quæst. 12.
- 3 apostata verò, qui omnem prorsus fidem Christianam repellit, & improbat, quare seuerissime hoc detestabile scelus omni iure vindicatur.
- 4 In primis igitur iure civili bona eius fisco acquiruntur l. 1. C. de apostatis, sed intelligendum est, si liberos non habeat auth. si qua mulier. C. de Sacr. San. Eccles. l. apostatarum 4. C. de apost. deinde ex eo die, quo fidem reliquerunt intestabiles, & incapaces testamentorum donandi, aut alienandi sunt l. 3. C. eod. & omnibus priuilegijs priuantur, quae apostatis concedi solent. l. 14. C. de apostatis in C. Theodosiano.
- 5 Is autem, qui huius criminis suafors fuerit vltimo mortis supplicio plectendus erit l. eum C. de apostatis, sed ego existimo hoc iure civili eandem penam, fuisse apostatae, & suaforis, ac proinde legem illam non de mortis pœna esse accipiendam, sed potius de deportatione, vt colligitur illis verbis cum dispendio fortunarum, non enim necesse erat fortunarum dispendium vitae amissioni adiacere, cum eo iure morte damnati semper bona amitterentur toto titulo. ff. & C. de bonis damnatorum, vnde verba illa, Capite puniendum ad deportationem pertinent, qua capite diminnitur. §. 1. Inst. de capitis diminutione.
- 7 Pontificio verò iure praeter infamiam, & testimonij interdictionem, quam statim incurrunt in cap. non potest. 2. quæst. 7. c. infames 6. quæst. 1. eisdem poenis apostatae subiiciuntur, quibus haereticos affici oportere diximus supra quæst. 12. ex text. in c. contra Christianos de haereticis lib. 6. docet Hostiens. in summa de apostatis num. 3. nam apostasia est species, haeresis autem genus, vt docent eleganter, Siluester. in summa verbo apostasia num. 2. Castro de iusta haereticorum punitione lib. 1. cap. 7. Simanch. ubi sup. num. 3.
- 8 Iure vero Regio Hispano si apostata ad fidem, non reuertatur occidendus est, & bona eius filijs Catholicis, aut consanguineis vsque ad decimum gradum applicantur, quod si filios non habeat ad Regiam Cameram pertinebunt l. 4. tit. 25. p. 7. si autem ad fidem reuertatur infamis est, & non potest testari,

A 4 neque